



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum. Tit. XLV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

4. *Necessitatis causa cessante cessat quod ob causam statutum est.*
 5. *Corporis ornatum infucatum sicut laudamus, ita dissolutus & fractus vestibus non recipimus.*
 6. *Clerici debent incedere ornati vestibus, non tamen ad iactantiam.*

CAP. Reliqui. II. & ult.

1. *Spellestilia Clericorum, vel Laicorum in Ecclesiis admitti non debent, nisi propter hostiles incurfus, aut repentina incendia, aut alias urgentes necessitates, & necessitate cessante res ad pristina loca reportanda sunt. Oratoria, vasa, corporalia, vestimenta, palli Altaris munda, & nitida conservari debent, quia nimis videtur absurdum in Sacris lodes negligere, quæ dedecent etiam in phanis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Host. Anchar. Henric. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 441. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 542. remissive Calal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. desumitur ex Concil. Lateran. sub Innoc. III. c. 19. & refertur ab Ant. August. collect. 4. Decret. lib. 3. sub tit. de Immunit. Eccles. c. 1.*
 2. *Probat hic text. ornamenta Laicorum, & Clericorum propria, & supellestilia in Ecclesiis poni non debere, nisi propter hostiles incurfus, aut incendia repentina, seu ob alias necessitates urgentes, quibus cessantibus res in loca pristina reportari debent, ut per Rebuff. in comment. ad l. signatorius 74. in fin. ff. de verb. signific. pag. 354.*
 3. *Cessante causa concessionis, &c.] Notatur ad hoc, quod cessante causa promissionis, cessat & ipsa promissio, ut per Tiraq. in tract. cessante causa, p. 1. num. 52. & n. 24. Ioseph. Ludovic. Perus. decis. 4. n. 10. Surd. de aliment. tit. 8. princl. 2. num. ult. & decis. 260. n. 1. Farinac. in praxi crimin. p. 1. q. 29. n. 75.*
 4. *Necessitate cessante.] Notatur ad hoc quod necessitatis causa cessante, cessat quod ob causam statutum est, ut per Tiraq. d. p. 1. n. 148.*
 5. *Nimis enim videretur absurdum, &c.] Notatur ad hoc, quod sicut ornatum corporis infucatum laudamus, ita & dissolutos, & fractos vestibus non recipimus, ut per Tiraq. ad l. 3. commun. gloss. 1. part. 3. num. 53. & seq.*
 6. *In gloss. In phanis, ibi. Et ita est argu. quod Clerici debent incedere ornati vestibus, non tamen ad iactantiam. Hoc ipsum deferibit D. Hieron. epist. 2. ad Nepot. c. 11. Vestes pullas æque denita vt candidas, ornatus & fordes pari modo fugiendæ sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Quod monet & Eustoch. Epist. 2. c. 12. Vestis, ait, nec facis munda, nec fordida, & nulla diuersitate notabilis, ne ad te obuiam præterentium turba consistat, & digito monstreris. In S. Augustino prædicat Concil. Aquisgran. c. 124. quod de hoc præstantissimo Episcopo, & Doctore Possidius Calamensis Antistes scribit in eius vita cap. 22. Vestis eius, & calceamenta, & lectualia, ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum; quia his plerumque vel iactare se insolenter homines solent, vel abicere ex utroque, non quæ IESU CHRISTI, sed quæ sua sunt ijdem querentes. At iste beatus, vt dixi medium tenebat, neque in dexteram, neque in sinistram declinans. Plures alias auctoritates in hanc rem adducit Gilbert. Schemichanius de Ecclesiasticorum vitæ moribus, & officiis, lib. 1. c. 68. cum seqq. & præcipue c. 60. & ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 2. gloss....*



De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.

TIT. XLV.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Butr. Ioan. Andr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. in breuiario aureo, iuris Canon. fol. 116. Ioan. de Londris in breuiarium sanctorum Canonum, fol. 176. vtriusq. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 151. Petr. de Radenna in compend. iuris Canon. Dan. Venator. in analysi methodica iur. Pontif. à pag. 509. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Analt. German. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barth. Carthag. in expositione titulorum iuris Canonici, Typa. in anal. postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 305. nonnulli Ioan. Honor. lib. 3. summ. in Decretal. omnes sub hac rubr.

De materia tit. agunt Concil. Trid. sess. 25. sub tit. de inuocatione, veneratione, & reliquiis Sanctorum, & sacris imaginibus, S. Thom. 3. p. 2. q. 25. art. 6. Callan. in Catalogo gloria mundi, part. 3. consid. 22. cum seqq. & consid. 43. Melch. Can. de locis Theolog. lib. 5. c. 5. Iacob. Castellam. de canonizatione Sanctorum, manuscriptus cum additione, eruditissimi viri D. Felicis Contelorig, Ioan. Baptista Signius in tract. huius tit. Andr. Molfet. consid. 46. Dominie. Anfoff. de sacrarum Reliquiarum cultu, Maluet. in tract. de canonizatione Sanctorum, Fr. Angel. Roch. in simili tract. Galgane. de iure publico, lib. 3. tit. 66. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 8. Azor. ad l. 3. tit. 1. lib. 1. num. recap. Card. Bellarm. in suis controversiis lib. 1. de Sanctis, c. 1. cum seqq. Soar. in 3. part. D. Thom. tom. 1. q. 25. art. 6. disp. 55. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 11. puncto 6. Valq. de adoratione Imaginum, lib. 3. disp. 3. a n. 78. Azor. in iust. moral. p. 1. lib. 9. c. 8. cum seqq. & p. 2. lib. 5. c. 6. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 3. quæst. 55. art. 1. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 44. plures apud Cened. ad Decretal. collect. 52. Franc. Carrac. in explicat. ad aliquas leges nunc recap. cap. 5. Fagund. in quinque Ecclesiæ præcepta, part. 1. lib. 1. c. 4. & aliqua dixi de offic. & potest. Episc. part. 1. allegat. 9. Quo autem tempore Romanos Pontifices ceperint Confessores referte inter Sanctos solemnem quodam ritu, & cæremonia, vide Fr. Hieron. Romanum lib. 4. de Republica Christiana, c. 7. Ambros. de Morales p. 1. chronica Hispania, lib. 1. 4. c. 29. fol. 136. vtriusq. Azor. d. p. 2. lib. 5. c. 6. q. 2.

SVMMARIVM.

1. *Papa sine licentia non debet aliquis venerari pro Sancto.*
2. *Ebrietas quando sit peccatum mortale, ostenditur.*
3. *Papa solus potest Sanctos canonizare.*
4. *Sancta Elizabetha canonizatur die 25. May 1625.*
5. *Papa non potest errare in Sanctorum canonizatione.*
6. *Episcopi non possunt Sanctos canonizare.*
7. *Canonizare Sanctos non potest Legatus à Latere etiam ex commissione Papa.*
8. *Concilium universale non potest per se solium Sanctos canonizare, nisi interveniente Papa auctoritate.*

Nulli licet venerari aliquem pro Sancto, etiam si fierent miracula per eum sine auctoritate Papae, & multo minus si in ebrietate fuerit occisus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Cened. collect. 52. Viuiam. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 422. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 543. remissioe Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 2. cap. vnic.

Cum vix pro talibus in ebrietate, &c.] Ergo ebrietas est peccatum mortale, de quo vide Nau. in man. c. 13. num. 121. Perez ad rubr. tit. 8. col. 3. lib. 8. Ordin. pag. 204. ubi intelligit eo casu, quo quis scit potestatem, quam in se vinum habere solet, & nihilominus bibere inordinatè ad finem se inebriandi. Et de ebrietatis destinanda vicio, vide Bernard. Granæ. ad pressio. Camer. Imper. lib. 2. concl. 116. in coronide. n. 5. & alios plures citatos ad cap. 4. crapula. 14. n. 3. de vita, & honest. Cleric.

Non licet vobis ipsum pro Sancto absque auctoritate Romana Ecclesie, &c.] Notatur ad hoc, quod solus Romanus Pontifex potest Sanctos canonizare, ut per Innoc. n. 2. Butr. n. 7. Host. n. 7. & Ioan. Andr. n. 5. in praesenti, S. Anton. in sum. p. 3. tit. 22. c. 5. §. 5. Tabien. verbo Canonizatio. n. 1. in fine, Greg. d. 66. gloss. 2. tit. 14. p. 1. August. Triumph. de potestate Ecclesie, q. 14. art. 1. Maluer. de canonizatione Sanctorum, dub. 2. n. 5. & seq. Angel. Roch. in simili tract. c. 4. Ludou. Carbo in sum. summarum, tom. 3. lib. 1. c. 17. vers. tertium dictum, Domin. Anfol. de sacrarum Reliquiarum cultu, §. 23. num. 25. Luyf. Turrian. 2. 2. disp. 17. dub. 2. Card. Bellarm. de Sanctorum beatitudine, tom. 1. p. 2. lib. 1. c. 8. Mascard. de probat. concl. 262. n. 50. Azor. in sum. moral. p. 2. lib. 5. c. 6. q. 1. Cened. ad Decret. collect. 52. n. 4. Marc. Anton. Genuef. in pract. Archiep. Neapol. c. 51. in fine, Valer. Reginald. in praxi fori pontif. lib. 19. n. 6. in fine. Hæc calamo exarabam cum abhinc tribus diebus, die scilicet Dominica 24. Maij hoc eodem anno 1625. quo Ecclesia festum sanctissimæ Trinitatis, sanctique Verban coluit, S. D. N. Urbanus VIII. Pontifex Opt. Max. nostram sanctam Elisabetham Portugaliæ Reginam albo aliorum Ecclesiarum Sanctorum adscripsit, & in eorum numerum retulit, cuius canonizationi Regio apparatus facta, omnibusque eius ceremoniis presens fui ego, qui olim eius corpus in Monasterio sanctæ Clatæ ciuitatis Conimbricensis, dum ibi Pontificio, & Cæsareo iuri operam darem, post 276. annos adie obitus integrum, & incorruptum vidi, die scilicet 15. Aprilis 1612. aderant praesentes Illustriss. & R. D. D. Alphonsus de Castolobranco Episcopus Conimbricensis, D. Martinus Alphonsus Mexia tunc Letriensis, postea Lamacensis, & Conimbricensis Episcopus, D. Franciscus Vaz Pinto, Regij Senator Palatij, iudices commissarij ad inquirendum de vita & miraculis sanctæ Elisabethæ, aderat Rector Academiæ D. Ioannes Coutinios, postea Episcopus Algarbiensis, nunc Lamacensis vna cum sapientissimis Theologis, Iuris Canonici, & Civilis, ac Medicinæ professoribus; adfuerunt etiam alij cum Religiosis, tum saecularibus, quos vel auctoritas sua, vel iudicium benevolentia admisit. Faxit Deus, ut illius meritis, & intercessione ab omni periculo, malo, & aduersitate liberemur. Innumera enim ab ea gesta sunt miracula, quorum fama multi variis infirmitatibus, & morbis op-

pressi ex tota Lusitania ad Sacrum illius tumulum, perducti sanitatem recuperarunt, & à morbis in conspectu totius Conimbricensis populi, & illius nobilissimæ Academiæ liberati fuerunt, insigne Elisabethæ sanctitatis testimonium & perfidorum confusio hæreticorum, nequit enim Romanus Pontifex errare in Sanctorum canonizatione, ut docent S. Antonin. in sum. p. 3. tit. 12. c. 8. §. 2. August. de Ancona d. q. 14. art. 3. Caiet. de Indulg. c. 8. vers. ad id verò, Con. lib. 1. var. c. 10. n. 13. in princ. Iacob. Castell. de canonizatione Sanctorum, q. 9. art. 3. vbi D. Contelor. Driedon. de dogmatib. c. 1. fol. mibi 207. Arag. 2. 2. q. 1. art. 10. tit. de Summo Pontif. col. pen. in 2. concl. Turrecrem. in defensorio reuelationum S. Brigide, cap. vlt. Viguer. insit. Theolog. de virtute Fidei, c. 10. §. 3. Card. Bellarm. de Sanctorum beatitudine, tom. 1. lib. 1. c. 9. Maluer. d. tract. de canonizatione Sanctorum, dub. 3. n. 47. Angel. Roch. in simili tract. c. 39. & 40. Ioan. Baptista Signius in tract. huius tit. c. 3. Domin. Anfolius de sacrarum Reliquiarum cultu, §. 24. n. 5. Valent. in 2. 2. q. 1. art. 10. Azor. d. p. 2. lib. 5. c. 6. q. 5. Cened. d. collect. 52. n. 6. Card. Cas. Baron. tom. 1. annuatum Ecclesie anno Christi 55. c. 15. pag. mibi 488. Carbo in sum. summarum, tom. 3. lib. 1. c. 17. Luyf. Turrian. in 2. 2. disp. 16. de potestate Pontificis in ordine ad Fidei doctrinam, dub. 4. Taguender in quinque Ecclesia preceptis, præc. 1. lib. 1. c. 6. n. 31.

Cum igitur, ut ad rem redeamus, vnde digressi fuimus, solus Papa possit Sanctos canonizare, sequitur Episcopos hoc efficere non posse, ut bene docent Iacob. Castellanus de canonizat. Sanctorum, q. 3. art. 1. vbi D. Contelor. n. 17. Maluer. in simili tract. dub. 2. n. 1. & seq. August. Triumph. d. q. 14. n. 2. Mascard. de probat. concl. 262. n. 56. Luyf. Turrian. in 2. 2. disp. 17. dub. 2. vers. item dicendum. Nec Legatum de Latere, Iacob. Castell. d. q. 3. art. 2. n. 3. & quod maius est, nec etiam ex commissione Pontificis, ut tenent Alphons. de Castro de iusta hæreticorum punit. lib. 1. c. 6. col. 4. vers. rursus, optinè D. Contelor. in addit. ad Iacob. Castell. d. q. 3. art. 2. n. 4. ex eo probat, quia Papa non potest delegare potestatem definiendi re Fidei alteri, Aragon. in 2. 2. q. 1. art. 10. in tract. de Concil. vers. tertia conclusio, in fine, & vers. ad primum arg. Baines etiam in 2. 2. q. 2. art. 10. dub. 4. vers. quapropter. Et quod etiam Concilium vniuersale non possit per se solum Sanctos canonizare, nisi interueniente Romani Pontif. auctoritate, relolunt Iacob. Castell. d. q. 3. art. 1. a princ. vbi D. Contelor. n. 110. Angel. Roch. d. tract. c. 4. vers. quod ad solum.

S V M M A R I V M.

1. Sanctorum reliquia vendi non possunt, seu passim ostendi non debent, ne circa illas populus decipi possit.
2. Reliquia antiqua non possunt extra capsam ostendi.
3. Reliquia Sanctorum venales exponi non debent.
4. Episcopus non posse examinare, publicare, & approbare noua miracula hominis defuncti non canonizati, ostenditur.
5. Solemnès preces, & publicas fundere non licet defuncto non canonizato.
6. Tabella votius, & alia huiusmodi in signum gratie receptæ an possint in loco ubi corpus defuncti sepultum est, affigi, ostenditur.

CAP. Cūm ex co. II & vlt.

Innoc. III.

Reliquiæ antiquæ extra capsam nullatenus debent ostendi, nec venales exponi. Item reliquias de nono inuentas nemo venerari præsumat, nisi prius auctoritate Romani Pontif. fuerint approbate. Item Prælati non permittant eos, quia ad eorum Ecclesias causa venerationis accedunt, variis figmentis, vel falsis documentis decipi, vt fieri solet pluribus locis occasione quæstus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Host. Anch. Henric. Butr. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 442. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 543. remissive Catal. in annor. & Ximen. in concord. p. 1. defumitor ex Concil. generali Lateran. sub Alex. III. c. 62. & referunt ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 3. sub tit. 11. de immunit. Ecclesie. c. 2.

2. Extra capsam nullatenus ostendantur.] Notatur ad hoc, quod reliquæ antiquæ non debent extra capsam ostendi, vt per Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 43. num. 21. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 55. art. 1. in med. vbi ex Abb. reddit rationem, quia cū ostenduntur extra capsam ossa nuda, & vetera, & antiqua multorum deuotio tepescit, & datur detractatoribus causa obloquendi.

3. Nec exponantur venales.] Notatur ad hoc, quod Sanctorum reliquæ venales exponi non debent, quia illarum venditio apertissima esset simonia, vt per Soar. de Relig. tom. 1. tract. 3. de simonia, lib. 4. c. 14. n. 24. Vgolin. de simonia. lib. 1. c. 38. n. 5. Sanch. d. c. 45. n. 2. Fagundez præc. 1. lib. 1. c. 4. n. 27. ampliantes huius text. decisionem procedere etiam quando nullo pacto inito reliquæ exponuntur passim causa quæstus, vt largiores elemosynæ offerantur, Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 2. lib. 2. cap. 14. num. 7. Azor. in iust. moral. p. 1. lib. 9. c. 8. q. 7. quod non probat Fagundez vbi sup. num. 29.

4. Inuentas autem de nouo, &c.] Dicit hic text. quod reliquias de nouo inuentas nemo publicè venerari præsumat sine auctoritate Sedis Apostol. Concil. verò Trid. sess. 25. in Decreto de inuocatione, veneratione, & reliquiis Sanctorum, in vers. nulla etiam si, statuit nulla admittenda esse noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas nisi eodem recognoscente, & approbante Episcopo, vnde post Franc. Carrasc. in explicat. ad Episcop. p. 3. alleg. 97. n. 1. per illud Concil. Trid. Decretum, antiquata dispositione huius text. docui posse Episcopum examinare miracula hominis defuncti non canonizati, nec beatificati, & publicare, atque approbare absque Summ. Pontif. auctoritate, nouissimè tamen D. meus vtriusque iuris prudentissimus D. Felix Contelori. in addit. ad Iacob. Castellani de canoniz. Sanctorum, q. 3. art. 1. asserit Concil. Trid. citato loco, non derogari, nec aduersari Concil. Lateran. de quo in hoc text. ac proinde de quo in præfenti, loqui de miraculis Sanctorum non canonizatorum, seu beatificatorum cum Bertrand. conf. 285. n. 6. vol. 3. p. 2. seu vol. 6. illud verò Concil. Trid. decretum in d. vers. nulla etiam agere de miraculis, & reliquiis, & imaginibus Sanctorum canonizatorum, & beatificatorum, & citat Philarch. de officio Sacerdotum, tom. 1. p. 1. lib. 3. c. 9. vers. quinto, Azor. d. c. 8. q. 8. Sanch. d. c. 43. n. 10. Ioan. Baptistam Signium in tract. huius tit. c. 3. in princ. Domin. Anfoff. de Sacrament. reliquiarum cult. §. 2. n. 42. Iacob. de Graff. sub tit. de sentent. excommunic.

conf. 17. a. num. 16. In hac contrarietate operæ pretium duxi sacram consulere Congregationem Illustrissimorum DD. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, dubium sic proposui mense Ianuarij huius præfentis anni 1626. Decreto Concil. sess. 25. de inuocatione, veneratione, ac reliquiis Sanctorum, cauetur in hæc verba: Nulla etiam admittenda esse noua miracula nisi eodem recognoscente, vel approbante Episcopo, qui simul atque de iis aliquid compertum habuerit adhibitis in concilium Theologis, & alijs pijs viris, ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit. Quæritur an hæc Concilij dispositio, quæ videtur admodum vniuersalis, intelligenda sit de miraculis personæ etiam non canonizate, an verò de miraculis Sanctorum canonizatorum duntaxat. Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trid. interpretum respondit de omnibus esse intelligendam, Cosm. Cardin. de Torres, locus sigilli. Prosper Fagnanus, Provt habetur in originali responsione apud me asseruata.

Nemo publicè venerari præsumat.] Ergo loquitur de publico, aut solemniori cultu, non autem de priuatis precibus, vt per gloss. verbo Sedis Apost. in cap. vnic. hoc tit. lib. 6. Innoc. in c. 1. in fin. Host. num. 11. sup. hoc tit. Zabarel. in præfenti, num. 2. vers. quarto, Anchar. mon. 2. Iacob. Castet. d. tract. q. 9. art. 1. vbi D. Contelori. num. 23. Card. Tusch. verbo Canonizatio, n. 10. Nec obstat Abb. in d. c. 1. num. 3. dum dicit non licere aliquem colere pro Sancto etiam si in vita fecisset miracula, sine auctoritate Romani Pontif. quia eum intelligit D. Contelori. quando publicè quis vellet aliquem venerari, secus autem si in occulto quis emitit preces apud eum, quem credit Sanctum. Vade ex hoc text. dir. & iam colliges non licere solemnes preces, aut publicas fundere defuncto non canonizato, seu non beatificato, vt tenent in d. c. 1. sup. hoc tit. Innoc. n. 3. in fin. Host. n. 11. Abb. num. 3. notab. 2. vbi & hoc intelligit, S. Antonin. in summ. p. 3. tit. 12. c. 8. §. 1. Carbo in summa summariarum, tom. 3. lib. 1. c. 17. tertium dictum, Bertrand. d. conf. 285. volum. 3. p. 2. seu vol. 6. ac proinde non licere cultum solemniorem aut publicum exhibere, nec festum celebrare, nec nomen eius in litanis nominare, nec in Martyrologiis describere, nec in die obitus campanas pulsare, nec pingere imaginem eum in Diadmate, nec Templis aut Altariis erigere, nec eius imaginem in Templo, Oratorio, Sacristia, vel alio loco affigere, aut venerari? Card. Bellarm. de Sanctorum beatit. controuers. 7. generali lib. 1. c. 10. n. 1. Luyf. Turrian. in 2. 2. D. Thom. disp. 17. dub. 11. Philarch. d. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 9. vers. tertio.

Vtrum autem possint in loco, vbi corpus defuncti sepultum est, affigi votiuæ tabellæ, & alia huiusmodi in signum gratiæ receptæ? affirmant Vignier. in iust. Theolog. tit. de virtute Fidei, c. 10. §. 1. Andr. Molfel. conf. 45. n. 21. Sed D. Contelori. in addit. ad Iacob. Castellani d. tract. q. 9. art. 1. n. 16. contrarium merito tenet, quia non licet aliquem pro Sancto absque auctoritate Sedis Apost. publicè venerari, vt habet hic text. hæc autem tabellæ, & huiusmodi similia affiguntur in testimonium Sanctitatis, & est quedam publica veneratio: quod & nouissimè censuit Sacra Congreg. Generalis, & vniuersalis Inquisitionis in decreto super hac materia edito, quod cum faciat ad materiam huius tituli, illud in præfentiarum transcribere operæ pretium duxi, quod tale est.

Feria quinta die 2. Octobris, anno à Natiuitate D. N. IESV CHR. 1511. MDC. XXV. in generali Congregatione S. Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram

coram S. D. N. D. Urbano diuina prouidentia Papa VII. ac Illustriſſ. & Reuerendiſſ. DD. S. R. E. Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Cum Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Urbanus diuina prouidentia Papa VII. die 13. Martij 1625. decretum ediderit inſcripſi tenoris, videlicet.

Sanctiſſ. D. N. ſollicitè animaduertens abuſus, qui irreperunt, & quotidie irrepere non ceſſant in colendis quibuſdam cum ſanctitatis, aut Martyrij fama, vel opinione deſunctis, qui, etſi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore inſigniti ſint ab Apoſtolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque Eccleſiis, aliſque locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis, ac radiis, ſeu ſplendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes, aliæque beneficia à Deo per eorum interceſſiones accepta, in libris rerum ab ipſis geſtarum enarrantur, & ad illorum ſepulchra, Tabellæ, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur. Volensque proinde huiusmodi abuſus pro debito Officij paſtoralis occurrere, re etiam cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem in vniuerſa Republica Chriſtiana generalibus Inquiſitoribus, communicata, & maturè conſiderata, ac diſcuſſa, declarauit, ſtatuit, & decreuit, ne quorumvis hominum, cum ſanctitatis, ſeu Martyrij fama, (quantacumque illa ſit) deſunctorum Imagines, aliæque prædictæ, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præ ſe ferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſiis tam ſæcularibus, quàm regularibus, cuiuſcumque Religionis, Ordinis, inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, aut ab Apoſtolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ Appoſitæ ſunt) amoueantur, prout eas ſtatim amoueri mandauit.

Ac pariter imprimi de cætero inhiuit libros eorundem hominum, qui ſanctitatis, ſive Martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migraverint, geſta miracula, vel reuelationes, ſeu quæcumque beneficia tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in iis recognoſcendis Theologos, alioſque pios, ac doctos viros in conſilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam graui committatur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat, eiufque reſponſum expectet. Reuelationes verò, & miracula aliæque beneficia ſupradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & geſta continentibus, hætenus ſine recognitione, atque approbatione huiusmodi impreſſa ſunt, nullo modo approbata cenſeri vult, mandataque ſua Sanctitas.

Ad horum hominum ſepulchra venit etiam, ac inhiuit, tabellæ, atque Imagines ex cera, aut argento, ſeu ex alia quacumque materia, tam pictas, quàm fictas atque excuſptas, appendi, ſeu affigi, & lampades, ſive alia quæcumque lumina accendi ſine recognitione ab Ordinario omnino, prout ſuprà faciendi, Sedique Apoſtolice referenda, ac probanda.

Declarans, quòd per ſupraſcripta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolice, vel ordinarij, coluntur.

Vt autem præmiſſa diligentius obſeruentur, vni-


uerſis & ſingulis, tam ordinariis, quàm hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipit, vt in ſua quique dioceſi, vel Prouincia ſedulo peruigilet, ne ſine approbationibus prædictis, imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliæque contra ſuperius diſpoſita ſiant, tranſgreſſores verò, ſi Regulares fuerint, priuationis ſuorum officiorum ac vocis actiue, & paſſiue, necnon & ſuſpenſionis à diuinis, ſi verò Clerici ſæculares, priuationis pariter ſuorum officiorum, ſuſpenſionis à diuinis, & ab adminiſtratione Sacramentorum, executioneque ſuorum Ordinum reſpectiue, aliſque arbitrio prædictorum Ordinarium, ſeu Inquiſitorum pro modo culpæ inſigendis pœnis plectendo. Qui autem libros impreſſerint, aut Imagines pinxerint, ſeu ſculerint, ſeu quouomodo affixerint, vel formauerint, ceterique artiſces circa præmiſſa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia omittant, & inſuper pecuniariis, aliſque etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem eorundem Ordinarium, ſeu Inquiſitorum arbitrio afficiantur. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Et ne præmiſſorum ignorantia poſſit ab aliquo prætendi, voluit vt decretum huiusmodi, ſeu illius exemplum ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Urbis, ac in Acie Campi Floræ affixum omnes proinde arceat, atque afficiat, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatum fuiſſet, quodque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem proſus fides habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſenſæ.

Poſtmodum verò idem Sanctiſſ. D. N. à quibuſdam reuocari in dubium accepit, an Tabellæ & Imagines, quas in poſterum offerri contingerit, recipere, & antea oblatas conſeruare liceret, Sanctitas ſua, quæ tantummodo voluit, occurrendo abuſibus, qui irrepere videbantur, certiorẽ parare viam ad eorum in terris gloriam quorum ſanctimoniam diuinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illuſtrare, re prius cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus communicata, præſenti Decreto declarauit. Quòd ſicut nunquam prohibuit, nec ſuæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque tabellarum, & Imaginum huiusmodi, ita vt nulli deinceps hæſitationi locus relinqueretur, ſtatuit in præſentiarum, & decernit, vt quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium, locumve alium publicum ſæcularem, ſeu regularem tabellæ, & Imagines, aliudve ſimile quiſpiam detulerit, ac interceſſione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adſcriptorum quamvis cum Martyrij, vel ſanctitatis fama demortuorum, optata ſe impetrariſſe dixerit, liceat Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiarum, locorumve prædictorum curæ Præpoſitis, tabellæ, & Imagines, ſive pictas ſive ex quavis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia ſimul cum deferentis, aliorumque, qui conſcij fuerint, atteſtationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre ſtatim omnia teneatur, in ſecreto aliquo, ſeu ſolum ab Eccleſia loco, cuſtodire, ibidemque iam amota collocare, & aſſeruare, vt ſi quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, ſeu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiusmodi ſanctitatis qualeſcumque probationes, Apoſtolice Sedis iudicio tunc examinandæ. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Ioan. Anton. Thomasius S. Rom. & vniuerſ. Inquiſit. Not.

Not. Anno 1625. Indiēt. 8. Pontificatus S. D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. die verò 20. mensis Octobris supradictæ Literæ, tunc Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Principis Apostolorum Urbis, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinam Prælibati sanctiss. D. N. PP. Curtozem.



De Observatione Ieiuniorum.

TIT. XLVI.

- 1**  **UPER** hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Anchor. Henric. Panor. Guillelm. Durand. in *breviario aureo*, iuris Canon. fol. 156. Martin. Mestart. in *epitome Decretal.* fol. 151. Petrus de Rauenna in *compend.* iuris Canon. Dan. Venator. in *analyſi methodica* iur. Pontif. à pag. 510. Goffred. & Host in *sum. huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſt. Germon. in *paratitulis ad quinque libros Decretal.* Barth. Carthag. in *expositione titulorum iuris Canonici*, nouissime Ioan. Honor. lib. 3. *summ.* in *Decretal.* omnes sub hac rubr.
- 2** De materia tit. vide Caiet. Sylu. Tabien. & alios Summiſtas verbo *ieiunium*, D. Thom. 2. 2. q. 147. Conar. lib. 4. var. cap. 20. Hieron. Roman. lib. 5. de *Republ. Chriſtiana*, c. 10. Medin. in *C. de ieiunio*, Card. Caſar. Baron. tom. 1. *anualium Eccleſie anno Chriſti* 570. 152. cum ſeq. pag. 583 Azor. *inſtit. moral.* p. 1. lib. 7. c. 8. cum ſeqq. Campanil. in *diuerſorio iuris Canon.* rub. 12. c. 16. num. 53. cum ſeqq. Leſſ. de *iſtit. lib.* 4. cap. 2. Iul. Lauer. in *ſuo tract. de Iubileo*, cap. 20. de *ieiunio*, Cened. *pract. & canon. quaſt.* lib. 1. q. 40. & 41. Vincent. Filliuc. tom. 2. tract. 27. p. 3. Diana *reſol. moral.* p. 1. tract. de *ieiunio*. Vtrum pluries comedens in die ieiunij vnum peccatum committat, quaſtio eſt dubia, in quo Conar. Medina & alij tenent hunc toties peccare mortifere, quoties pluſquam ſemel comedit; ſed contrarium, imo peccare ſola prima vice, quia ieiunium frangit, merito tenent Henric. in *ſumm.* lib. 7. de *indulgent.* cap. 13. §. 13. commento lit. S. in *fine*, Azor. d. lib. 7. c. 8. q. 2. & lib. 11. c. 20. q. 6. Filliuc. d. tract. 27. p. 2. c. 5. Leſſ. d. cap. 2. dub. 3. à n. 15. Ludon. Beja *reſponſorum conſilium conſcientie*, parr. 1. caſu 45. Sanch. in *præcepta Decalogi*, lib. 4. cap. 11. n. 42. Iul. Lauer. d. c. 20. num. 14. vbi declarat dummodo non comedat carnes, quia tunc toties peccabit quoties comedet, quia præceptum ieiunandi eſt affirmatiuum, ſecundum verò negatiuum, quod obligat ſemper & ad ſemper, & n. 37. contra Nauar. in *man. c.* 11. n. 4. verſ. quinto, tenet non ieiunantem in vigilia S. Matthiæ, qui ſolet venire in Quadrageſima, & quatuor temporibus, vnum tantum peccatum committere, & non tria. Fr. Emman. in *ſumm.* tom. 1. c. 33. n. 3. Egid. de Coninch. de *Sacrament.* & *cenſur.* diſp. 7. dub. 6. n. 47. Sed contrariam probabiliorẽ eſſe exiſtimo, quia peccata non multiplicantur numero ex diuerſitate præceptorum quando illa præcepta pertinent ad vnã virtutem, vt eſt in caſu noſtro, ſecus ſi pertinerent ad diuerſas virtutes, ita Henric. lib. 5. c. 5. q. 6. Azor. p. 1. lib. 7. c. 31. n. 7. Filliuc. tract. 27. p. 2. c. 5. n. 82. Vaſq. in 3. p. tom. 4. diſp. 22. ſect. 4. num. 32. Sanch. de *Matrim.* lib. 9. diſp. 15. n. 6. Fagund. in *quinque Eccleſ. præcepta* præc. 4. lib. 18. c. 10. n. 7.

SVMMARIVM.

- 1 Ieiunari debet in Sabbato vigilia occurrenti in Dominica, & ieiunanda eſt vigilia S. Matthiæ.
- 2 Ieiunium iure communi inductum eſt in vigilia Domini Natalis, & aſſumptæ Virginis in celum.
- 3 Vigilia Domini Natalis poteſt quicunque ſerotinam collationem ſumere cum variis fructibus in quantitate exceſſiua.

CAP. Ex parte. I.

Innoc. III.

PER aliquod quando venerit in die Lunæ, eius vigilia ieiunabitur in Sabbato: item vigilia S. Matthiæ Apoll. debet ieiunari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabaro. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Henric. Anchor. Panor. Viuian. in *ration. lib.* 3. iuris Pontificij pag. 440. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 141. remiſſiue Ximen. in *concord.* p. 1. referunt ab Ant. Auguſt. collect. 5. Decret. lib. 3. tit. 35. c. 1.

Natiuitatem Domini, vel Aſſumptionem B. Mariæ, &c. Notatur ad hoc, quod iure communi inductum eſt ieiunium in vigilia Domini Natalis, & aſſumptæ in celum Virginis, vt per Azor. *inſtit. moral.* p. 1. lib. 7. c. 13. q. 1. Illud tamen aduertere oportet in vigilia Domini Natalis poſſe quemcumque ſerotinam collationem ſumere cum variis fructibus in quantitate exceſſiua, vbi conſuetudo hæc adeo inoleuit, vt ipſi etiam Prelati & videntur ſic fieri, & conſentiant, atque id ipſum ipſi facientes operam illam acceptant, & approbant, vt docent Barthol. à Medin. in *inſtit. Conſiliorum*, p. 1. c. 14. §. 10. verſ. donde ſe ſigue. Ludon. Lopez in *inſtit. conſcientia*, p. 2. c. 112. de *ieiunio*, verſ. ſed de collatione, Llam in 3. p. *method.* c. 5. §. 25. pag. 525. Card. Tolet. in *ſum. lib.* 6. c. 2. pag. 760. Azor. d. lib. 7. c. 8. in ſu. nouè Barthol. à S. Faſto in *theſauro Religioſorum*, lib. 1. q. 15. Villalob. in *ſumm.* tom. 1. tract. 23. diſp. 7. num. 5. Cened. *Canon. quaſt.* lib. 1. q. 41. n. 5. Sed in tali die poſſe ſumi pro refectione, vncias ſexdecim pluſ minulo ex pane, vel ex dulcioribus, exiſtimant Fagundæ in *quinque Eccleſ. præcepta*, præc. 4. lib. 18. c. 24. n. 19. Diana *reſol. moral.* p. 1. tract. de *ieiunio*, reſol. 35. quamvis contrarium, imo collationem ſerotinam in vigilia Natiuitatis non poſſe ſumi in magna quantitate ratione conſuetudinis exiſtentis Angles in *ſloribus Theolog. tract. de ieiunio*, q. 9. art. 2. diſp. 4. dub. 1. Fr. Emman. in *ſumm.* tom. 1. c. 23. concl. 7. n. 10.

SVMMARIVM.

- 1 Compendium huius text. reſertur.
- 2 Ieiunium ſeruandum eſt in ſingulis vigiliis Apoſtolorum, præterquam in vigilia S. Philippi, & Iacobi, & Ioannis Euangeliftæ.
- 3 Ieiunium Aduentus an fuerit in oſu quoad ſeculorum, oſtenditur.
- 4 Delictum in dubio præſumitur in foro conſcientie, & ad vtilitatem animæ. Ex quo illud eſt vtile.
- 5 Eligere debemus eam partem per quam tutius eſt conſultum quando agitur de ſalute animæ.
- 6 Peregrini viatores an teneantur ſeruare leges, vel conſuetudinem locorum, etiam quoad ieiunia, & feſta in quibus per modum tranſiui reperiuntur, oſtenditur.